Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



diaginta quatuor milia. qui empti sunt de terra. hi sunt qui
cum mulieribus non sunt coinquinati. virgines enim sunt. hi se
cuntur agnum quocumque ierit. Hi empti sunt ex hominibus pri
mitie deo et agno. Et in ore ipsorum non est inuentum mendacium.
Sine macula sunt ante thronum dei. Secundum matheum
In illo tempore. Angelus domini apparuit in somnis dicens. Surge
et accipe puerum et matrem eius. et fuge in egyptum. et esto ibi
usque dum dicam tibi. futurum enim est enim ut herodes quaerat
puerum ad perdendum eum. Qui surgens accepit puerum et
matrem eius nocte. et secessit in egyptum & erat ibi usque ad obi
tum obitum herodis. ut adimpleretur quod dictum est a domino
per ysaiam dicentem. Ex egypto uocauit filium meum. Tunc herodes
uidens quod illusus esset a magis. iratus est ualde. Et mittens oc
cidit omnes pueros. qui erant in bethleem. et in omnibus finibus
eius. a bimatu et infra. secundum tempus quod exquisierat a
magis. Tunc adimplenum est quod dictum est per heremiam
prophetam dicentem. Vox in rama audita est. ploratus et ululatus
multus. rachel plorans filios suos noluit consolari quia non sunt.
Fratres. Quanto tempore heres parvulus est. nichil differt a seruo. cum sit dominus omnium. sed sub tu
toribus et actoribus est usque ad prefinitum tempus a patre. Ita et
nos cum essemus parvuli. sub elementis mundi eramus seruientes.
At ubi uenit plenitudo temporis. misit deus filium suum factum ex
muliere factum sub lege. ut eos qui sub lege erant redimeret.
ut adoptionem filiorum recipemus. Quoniam autem estis filii. misit deus
spiritum filii sui in corda uestra. clamantem abba pater. Itaque iam non
est seruus sed filius. Quod si filius & heres per deum. Secundum lucam
In illo tempore. Erat ioseph et maria mater ihesu mirantes super